



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 110. Plurium Cardinalium obitus, ac præprimis Sedunensis, seu Matthæi Schinneri.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

**Sacul. XVI** Bassæ amici sui favores Sedi restitutus  
A.C. 1523. est, ea tamen lege, ut quingentos illos  
 aureos, quos Joannicius addiderat, pen-  
 deret. Id cum Jeremias constanter re-  
 cусaret, & potius Patriarchatu abire  
 vellet, populus tributi augmentum  
 ejus loco solvere promittebat, & Je-  
 remiam cum ingenti gaudio in Throno  
 collocabat: Joannicius vero paulo post  
 excommunicationi immortuus ac in me-  
 dum tympani inflatus repertus est.

**Turcogræ-  
cia l. 2.**

§. CX.

*Plurium Cardinalium obitus, ac præ-  
 primis Sedunensis, seu Matthæi  
 Schinneri.*

*Ciacpn. in* Numerantur hoc anno seu priori ad  
*Jul. II. t. 3.* finem vergente sex Cardinales fa-  
*p. 292.* tis functi. Inter eos primus est Mat-  
*Viciorel. ib.* thæus Schinner, seu Sheinner, qui ex  
*Paul. Jov.* antiquissima atque illustri familia in Va-  
*in elog.* sia a priscis Zmitweg dicta ortum duxit,  
*Franc. Aug.* ab Eccles. in dein is Nicolao Schiner ejusdem Patruo  
*hist. Ped.* Sedunensem Ecclesiam tenenti subroga-  
*Aubery vies* batur, eratque Præful inter præclaris-  
*des Cardi-  
naux.* simos ævi sui Viros facile princeps,  
 magna rerum humanarum prudentia  
 præditus, nullo labore fractus, ac Sedis  
 Apostolicæ necnon Imperii obsequio ad-  
 dictissimus, Gallis vero valde infensus,  
 ut supra perspeximus: Unde Franciscus  
 l.

I. Galliarum Rex persæpe dicere solitus erat, *plus sibi periculi Matthæi Sedunensis facundiam, quam tot Legionum ejus gentis cuspides attulisse.* Obiit Romæ Mense Septembri juxta nonnullos Anno millefimo quingentesimo vigesimo secundo, quamvis Ciaconius ejus obitum ad secundam Octobris, alii vero Scriptores ad Decembrem rejiciant.

~~æcul. XVI.~~~~A. C. 1523.~~

## §. CXI.

*Petruccii Cardinalis extrema.*

Alter ex Cardinalibus, qui itidem mortui sunt, erat Raphael Petruccius *Aubery l. c.* Nobilis Senensis, per celebri Alphonso *Ciac. p. 349.* *Paul. Jov. in* Petruccio Suannensi Episcopo proxime *vit. Leon. X.* sanguine junctus. Patrem is habuit *Cabrera in* Pandulphum Petruccium, a Julio II. *elog. Card.* *Bembo in ep.* Papa Anno Salutis millesimo quingen- tesimo undecimo Cardinalium Collegio adscriptum, qui Borghesii Petruccii frater defuncto Patre suo Senensem Principatum possederat, matrimonio junctus Victoriae Piccolominæ, quæ per quinquaginta sex annos Vidua omnium, quæ sexus sui conditionem magis exornant, virtutum splendore eminuit, in matrimonio autem procreavit Agnetem de Petrucciis, quæ Alejandro Socino desponsata infelicem genuit filium Faustum Socinum, de quo infra sermo redibit. Ce-

A a 3 terum